APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

149904

Ann. XVI. ROMAE, Mense Octobri MCMXIII Num. X.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via del Tritone, 46 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud **Gebethner et Wolf** — **Varsaviae Polonorum** Rakewskie Przedmiescie, 15

apud **"Kronika Rodzinna"** — **Varsaviae Polonorum** Krakowskie Przedmiescie, 6

IN ANGLIA

apud **Burns and Oates** — **London W.** 28. Orchard Street.

IN CANADA

apud **Libraire Granger Frères** — **Montreal** 1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentum exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explere desideria sua possit.

PRETIUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:
In Italia libellarum 6;
ubique extra Italiam lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)
ante solvendum et recto tramite mittendum **ad Societatem Editricem Romanam**
ROMA — VIA DEL TRITONE, 46 — ROMA
QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA IN ANNUM MCMXIII

Pro Sociis singulis, quorum sive carmine sive soluta oratione scripta in *Voce Urbis* per an. MCMXIII edita fuerint et a doctorum virorum collegio ad id constituto maxime commendata, *praemium erit argentei numismatis* ex iis, quae Pontificis Maximi iussu quotannis in festo Apostolorum Principis cudi solent, Sacro Purpuratorum Senatui, Romanae Curiae aulicisque pontificiis distribuenda.

Pro Sociis qui *libellas octo* pretio subnotationis addiderint, delectus erit unius ex ta-
bulis aere mirifice cusis, magnitudine cm. 118 × 84, gesta Costantini M. Imperatoris refe-
rentibus prouti in Vaticanis aedibus Raphaël Sanctius eiusque discipuli penicillo expres-
serunt. Tabulae reddunt: *Pugnam inter Constantinum et Maxentium; Visum Crucis; Con-*
stantini Baptismum; Constantini donationem Pontifici factam. — Si quis omnes cupiat,
mittat lib. 32.

Pro Sociis, iisque Sacerdotibus, qui *lib. quadraginta quattuor* miserint, *Vox Urbis*
gratuito conceditur; ii enim *Novum Breviarium Romanum* habebunt, iuxta nuperas dis-
positiones reformatum, charta vere Indica in 16° (15 × 9) ab editrice Pont. domo Desclée et
Soc. impressum, splendide ac solide ex pelle vulgo *zigrino* conglutinatum, foliorum se-
ctione eleganter aurata; quod sane venale prostat lib. 44. — Quin imo simul cum Breviario
gratuito etiam a praelaudata editrice domo « Proprium Dioecesis » cuiusque religabitur,
si socius ipse miserit, aut emi iusserit, praemisso, uti par est, « Proprii » eiusdem pretio.

Ann. XVI. ROMAE, Mense Octobri MCMXIII. Num. X.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

Sociis monitum.
Erroneus revelationis conceptus penes Modernistas.
M. Antonii Mureti notitia.
Selecta ex bibliothecis et archivis. M. Antonii Mureti oratio de praestantia litterarum et earum artium quae litteris continentur.
Horae subsecivae. Peregrinus.
De Leone XIII P. M. Commentarius.
Autumnales excursiones. De domo Georgii Washington.
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae. Decretum S. C. de Propaganda Fide pro negotiis ritus orientalis quo statuuntur mutuae relationes disciplinares inter episcopos canadenses et episcopum ruthenum illius regionis, nec non inter clerum et fideles utriusque ritus.
Diarium Vaticanum. Coram SS.mo admissiones — Pontificiae electiones. — Vita functi viri clariores.
Annales. Balkanicae novae nubes. — Sinenses res. — Italorum proelia in Lybia.
Per orbem.
Libri recens dono accepti.
Aenigmata.
Appendix: (Ad Romam).

SOCIIS MONITUM

Socios illos, qui nondum subnotationis pretium solverunt, iterum iterumque rogamus ut debito nobiscum contracto Commentarium nostrum diligenter et continue missum retinentes, quamprimum exeant, pretium ipsum, quod est in Italia libell. 6; ubique extra Italiam libell. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9) Societatis nostrae Administratori (Romae - Via del Tritone, 46) *satisfacientes.*

Causa nostra — ne sit supervacaneum repetere — in Sociorum auxilio unice posita est; quo deficiente, ab incepto, cui tam diu acriterque vires nostras sacravimus, necessario erit nobis recedendum.

VOX URBIS.

ERRONEUS REVELATIONIS CONCEPTUS
PENES MODERNISTAS

Penes theologos, quoties in ordine supernaturali de actione Dei in mentem humanam fit sermo, tria haec « assistentia, inspiratio, revelatio » continuo occurrunt, eaque non raro usurpantur promiscue, licet immerito. *Inspiratio* siquidem, intellectus et voluntatis motionem, in qua nulla quandoque est veritatis manifestatio, importat; *assistentia* vero immunitatem quidem ab errore, non autem veritatis manifestationem includit; *revelatio* denique praeter haec praedicta, in proprio conceptu veritatis manifestationem dicit. Revelare enim est velum removere, et ipsamet revelatio iuxta vim etymologicam est veli remotio et ablatio.

Haec veli remotio, h. e. veritatis manifestatio, propter obiectum modumque quo fit, triplex esse potest. Siquidem vel in ea manifestatur *res,* et tunc « revelatio *quoad rem* » habetur; vel non manifestatur res, sed potius *iudicium* circa rem ferendum, et « revelatio *quoad iudicium* » habetur. Vel denique res, ipsumque de re iudicium manifestantur, et « revelatio *quoad rem simulque iudicium* » habetur. Audiatur Angelicus: (1) « Quandoque igitur cognitio est supernaturalis secundum acceptionem tantum, quandoque secundum iudicium tantum, quandoque secundum utrumque ».

Modus quoque, quo menti humanae veritas a Deo manifestari potest, triplex distinguitur; videlicet, vel per signa sensibilia, vel per actionem in facultatem imaginativam exercitam, vel per actionem exercitam in intellectum; seu, ut verbis Angelici (2) utamur, manifestatio veritatis fieri potest « secundum visionem corporalem, quando aliqua corporalibus oculis divinitus

(1) Ed. *De Verit.* 12, a. 7.
(2) Ibid.

AD ROMAM 13)

ACTIO DRAMATICA

versibus plautinis composita et in tres actus distributa.

OMNES.

Procul hinc, profani, procul hinc recedite!

Fores rumpuntur et magno clamore ad ostium milites adstant. Unus procedit et distincta voce proclamat:

« Adsunt Augusti Constantini milites! »

SACERDOTES. (*Timore correpti huc illuc cursitantes exclamant*)

Adsunt! Adsunt! Qui dolor! Divûm quod dedecus!

(*Exeunt ex parte contraria*).

SCENA ULTIMA.

Ingreditur TRIBUNUS *ingenti militum numero stipatus. Custodes templi arma, honoris gratia, demittunt.*

TRIBUNUS.

149904

Ubi sunt captivi?

(*Milites eos in libertatem vindicant.*)

Portas eis pandite!

TRIBUNUS.

(*Ad suos conversus adsignans milites templi*).

Ii sint illico nobis in custodia!
Hic pone signifer Labarum purpureum!
Ad ipsum sistant liberae centuriae.
Cras autem praelium certa cum victoria!

(*Omnes milites haec eadem repetunt, cum pueri festantes concinunt*)

Contritus laqueus: liberati sumus!

Explicit Actus II.

ACTUS III.

SCENA I.

(*Actio est in foro. Huc illuc* MILITES *inter se loquentes discurrunt*).

I. MILES.

Redisti a pugna?

II. MILES.

Redivi nuperius.

I. MILES

Quid autem narras facto de certamine?

II. MILES.

Nec durius fuit, nec aliud longius,
Quam quod hesterne fortiter pugnavimus.
Erant sed agminum laetantes ordines,
Sub ipso strenui ductu Maxentii...

III. MILES.

Cur at redisti?

II. MILES.

Missus quaesitum denuo,
Novos qui subrogent occisos milites.

III. MILES.

Fuerunt multi igitur?

II. MILES.

Multis cum millibus!

I. MILES.

Et ipsae denuo festinantes copiae
Proficiscuntur magna cum fiducia,
Mox redeundi laureis circumdatae
Sertis, ut olim legiones veteres.
Deorum fausta vulgabantur omina.....

II. MILES.

Foret si occisus?

III. MILES.

Omen avertant dii!

IV. MILES.

Nostri quid autem, dic, nostri quid interest?
Sumus Germani... Crescant dummodo stipes...

II. MILES.

Labente vita vidi bellum saepius,
Et ipsos duces salutavi strenuos,
Magis sed nunquam fide certae victoriae!
Audax Maxentius dixerat securius
Se se victurum talibus cum copiis...

I. MILES.

Et augures ipsi laeta post auspicia...

(*Ad proximum numerum*).

I. B. FRANCESIA.

BIBL. APOSTOLICA VAT.

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

praeter **Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exteras gentes,** quo facilius satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in commodum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensarum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redituum conversionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

Diligentia in opere - Temperantia in pretio

149904

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS

B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS

B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XVI. ROMAE, Mense Novembri MCMXIII Num. XI.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via del Tritone, 46 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud **Gebethner et Wolf** — **Varsaviae Polonorum** Rakcwskie Przedmiescie, 15

apud **"Kronika Rodzinna"** — **Varsaviae Polonorum** Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN ANGLIA

apud **Burns and Oates** — **London W.** 28, Orchard Street.

IN CANADA

apud **Libraire Granger Frères** — **Montreal** 1699, Rue Notre-Dame